

1

13 maart 1589. Anthonius a Fine aan Prior Gr.Ch.

Salutem in dominus Jhesu sempiternam: Reverendissime
Duc Pr Generalis, Miratur plurimum, satis scio R.V.
quod parum fructus ex bonis vestris ni his partibus
recipiatis: neque R.V. intelligere potest nostram
miseriam in qua tanto tempore fuimus, nam a pluribus
annis neque de nostris neque de vestris bonis rece-
pimus, neque spes affulget pro hoc tempore recipien-
di. Quedam enim bona nostra ac etiam vestra ab here-
ticis occupantur: alia inundatione, alia devastatione
militum perierunt, alia sine cultore manent, et ni
solitudinem rediguntur. Nisi Dominus sua maxima
clementia providerit, non poterimus nostram parvam
familiam diutius sustentare, cum tamen satis sobrie
sine vino et aliis solite necessariis vivimus.

Domus nostra multa adhuc indiget restauratione:
quam restaurare amplius non possumus quia omnia
que colligere possumus in necessitatibus fratrum
expendimus.

Conqueritur R.V. plurimum de nostra persona, quasi

2

parum cure nobis~~f~~ fuissent bona domus Cartüsie,
quando tamen maximo cum periculo atque multis
laboribus ac industria pecunias quas misimus et
adhuc restamus acquisivimus. Misi anno 1585 et
1586 mille et ducentas florenos per dominum Visi-
tatores nostrum, volente Deo, solvemus. Si tantis
calamitatibus obruti non fuisset R.V. non inveniet
locum conquerendi de nobis. Sed usqueades durante
hoc malitioso tempore, nescimus quid tandem facie-
mus cum nihil prorsus de bonis nostris recipimus
Non possem satis explicare ac describere desolatio-
nem domus nostre. Nam a multis annis semper mili-
tibus gravati fuimus (i.m. inquam, presentiam ad-
huc gravamur capitaneis cum sequis et aliis fami-
liariis suis.) postea spoliatis omnibus nobilibus
domum nostram quinquennio reliquimus: atque omnem
hereditatem heretici occupaverunt. Reversi domum
vacuam ac deliceratam invenimus, atque alia bona
nostra attingere non potuimus quia in aliorum po-
testate manebant et manent adhuc: Rebelles prope

3

Antverpian diripuerunt ac confoderunt et nos in
restauracione mille et quadrigentos florenos ex-
pendimus pro parte nostra.

Noster quoque procurator anno 1581 subitaneâ morte
preventus habebat a nobis in custodiam mille et
quingentos florenos et nescimus cui hanc summam
custodiendam dederit, habemus quidem suspitionem
de quibusdam, sed rei veritatem nescimus, timeo
ne hec quoque somma nobis peritur. Et ita plurimas
rationabiles causas habemus sienti Domino Priori
Valencenarum ac Dno Visitatori nostro ostendimus
quo minus R.V. satisfecerimus de restantiis a vestris
bonis per nos receptis hoc infelici ac miserabili
tempore.

Circa Dominicam Septuagesime computavimus in presen-
tia Domini Visitatoris nostri ac Domini Priores
Valencenarum ac D. Guilielmi filii vestri, procu-
ratoris nostri, de omnibus que domni Carthusie
debemus: de redditibus vero multum postergatis:
voluerunt et ordinaverunt ut tres solverem annos,

4

quod nobis non ita bene placet. Nam intentio
nostra fuit, rogare R.V. ut plenarie nobis has
restantias dimitteret et capitalem sommam paulatim
persolveremus sicut concordaveram cum R.P. pie me-
morie cum essem in Carthusia anno 1577: qui redditus
nunc fuissent exacti et persoluti, si tempora
feliciora fuissent. Sed ab anno quo fui in Carthusia
omnia infelicissima nobis evenerunt: nos non sumus
in culpa.

Domus nostra habuit in pago dicto Kiel prope Ant-
verpiam diversos redditus super certas domos et
fundos ex quibus singulis annis solemus recipere
mille et quingentos florenos at de ullis redditibus
a multo tempore nihil recipimus neque quicquam nobis
est sperandum in futuris temporibus, nam omnes
domus funditus sunt everse et fundus vacuus et inu-
tilis manent et hec solent esse precipua bona domus
nostre. Sed redditus quos tenemur solvere domni
Carthusie manent, licet restantias dimittatis, non
perditis principale scilicet capitalem sommam et nos
ut supra dictum est et redditus annuos et principale

5

hec amittimus, que omnia et multa alia R.V. considerare debet.

Cuma anno 1582 in Hollandia essem ac de restantiis bonorum vestrorum ac nostrorum quandam sommam collegissem, timens periculum viarum reliqui hanc sommam defossam in domo amici boni ipso tamen ignorante, et quia interea temporis non potui habere accesum, manet adhuc ibidem Speramus singulis annis accedere hollandiam ut illos captivos defossos nummos liberarem: recuperatis istis potero R.V. pro aliqua parte satisfacere de restantiis: speramus brevi futurum.

Ceterum Dns Prior Valencenarum nobis discit sibi datam commissionem de recipiendis bonis domus Carthusie tam in Brabantia quam in Hollandia. Dns quoque Prior domus Montis Se Gertrudis in hollandia nobis quoque dixit sibi datam anthoritatem recipiendi bona domus Carthusie in Hollandia, nosque esse destitutas atque hactenus habuimus de bonis Carthusie: sed nullas patentes vidimus de R.V. scriptas. Poterit nobis R.V. indicare quid de his statuerit: parati sumus in omnibus obedire mandatis R.V.: libentius commissionem alteri procurandam faves.

R.V. poterit disponere ad suum beneplacitum.

Gratus fuit nobis adventus dui Guilihelmi filii Carthusia
 procuratoris nostri, sed plurimum doles quod nihil ha-
 beat quod agat non extra portam civitatis pedem effere
 sine maximo periculo non possumus, et ubi nostra bona
 ac vestra sita non patet accessus et omnia inculta ma-
 nent; ipse nunc presens videt et nobiscum sentit cala-
 mitatem in quam incidimus, sed est commune malum in tota
 patria.

Computum nostrum signatum tradidimus V. Dns Priori Valen-
 cenarum qui de omnibus si presens fuerit in capitulo R.V.
 plenius informabit de statu domus nostre et maxima deso-
 latione; speramus R.V. misericordem Patrem fore in di-
 mittendis nostris debitis nosque prestabimus semper que
 poterimus: sicut boni filii: calamitas nimis longa,
 nos pessumdedit: semper speramus meliora et singulis
 annis venerunt maiora mala.

Gaudemus plurimum in hoc Provincia, precipue Dns Visi-
 tator et ego qui aliquando faciem R.V. vidimus, de elec-
 tione R.V. in Reverendum Patrem Cartusie ac Generalem

7

administratorem ~~o~~ nostri ordinis: rogante~~a~~ Deum opt.
max. ut R.V. nobis in multos annos servet incolumem:
et R.V. largiatur sedium suarum assistricem sapientiam
ut cum R.V. semper sit et laboret; ut sciat quid acceptum
sit coram ipso omni tempore: Bene Vale Rme in Christo
Pater, nos nostraque domum R.P.V. plurimum commendamus:
fratres nostri plurimum salutant R.V., ~~P~~recipue frater
meus germanus, Johannes qui mecum fuit in Carthusia et
fuit tunc temporis in cella R.V.

Lyere 13 Martii

Vestre dignitatis filiis Fr. Anthonius a fine Prior
domus Scte Catharine in Lyera usque ad voluntatem R.V.

Est quidam nobilis in civitate nostra Lyrana qui habet
pensionem annuam constitutam super vectigalia salis ducis
Sabaudie: scripsimus de hoc negotis alias R.P. pie me-
morie, qui commissionem dedebat domino priori vallis
Pise. Hic nobilis anno superiori fuit in domo Vallis
Pise ut cum Domino priore conferet suum negotium sed non
invenit ipsum domi nam erat profectus cum R. Patre Italo:
valde tristis discescit a domo Vallis Pise atque reli-

8

quit in domo in manibus vicarii vel procuratoris omnes
suas literas principales et originales de suis pensionibus,
rogat plurimum R.V. ut Dominus prior Vallis
Pisii informetur et adhortetur ut inceptum negotium
cordi habeat et cum oportunum fuerit nobis indicare
dignetur. Ipse nobilis non erit ingratus ubi aliquid
percipere poterit. Nam dux Sabandie debet illi ex ista
pensione plus quam septem milia florenorum.

R.P. rogamus ut has litteras inclusas digneris per aliquem
disponere confratri nostro D. Johanni professo
domus nostre nunc agit in domo Vallis Christi prope
Valenciam.

Adres: Reverendissimus in Christo Patri ac Dns
d. theronimox Priori domus maioris car-
thusie ac totius ordinis moderatori ac
Generali.